Quelle: https://manuscripta.at/?ID=265
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift


me Aspice in me et miserere mei se
cundum iudicium diligentes nomen tuum
Miserere mihi secundum magnam misericordiam tuam secundum iudicium tuum vivificabit me Vide quoniam mandata tua dilexi domine in misericordia tua vivificabit me Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri Miserere mihi domine miserere nostri quia multum repleti sumus despectione Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio Confitemini domino quoniam bonum quoniam in eternum misericordia eius Confitemini deo deorum quoniam in eternum misericordia eius Confitemini domino dominorum quoniam in eternum misericordia eius